

De Augusta ultima, Constantini Imp. coniuge, mihi in mentē uenit. Inuenio duas uxores Constantini. Priorem, Caroli Tochij, seu Topij, Aetoliæ & Acarnaniæ Principis, ἀδελφιδῆ (è fratre neptem) Leonhardi filiā (auspicijs Ioannis Imp. fratris) unā cum Elidis metropoli Clarentia, olim Cyllene dicta, nomine dotis. Laonic. lib. 5. Alteram autē, aliquandiu ante Varnēsem cladē, Lesbi Ducis filiam (Laonic. lib. 6.) cuius insulæ Dux Nicolaus Catalusius, Genuēsis eiusdem Scriptoris lib. 10. se Mahometo dedit. Fortassis hæc altera ἀίσιονα, fuit illa miserima, de qua scribitur: Imp. Constantini uxorem, filias, & alias nobiles fœminas, iussu Tyranni, in conuiuium adductas fuisse; & post contumeliam dissectas. Nomen eius nondum ex libris inuenire: sed nec è Constantinopoli, nec Venetijs, cognoscere potui. Mirum, personæ tam illustris, tãtam in Historijs obliuionem esse. Hoc utriq; Epitaphium pono:

Constantini Imp. uxores:

Εὐθαδέτι (ὡς: θεὸς οἶδε) πᾶσι σεο πατρὶς ἐχίσι: ἑλλένων ἀγέλοισι, ταλαίραϊε Κωνσταντίνε, Ἦς (ὅβινάμ? Nouit Deus) est tua tumba: fidelis Rex Graiūm postreme, miserime Constantine. οὐθαδέτι (ὡς: θεὸς οἶδε) τάφῳ σὸς ἁγιότατον ἔσθιν: ἑλλένων βασιλῆς, Νιόβην κρῦπτησα γράφει. Ἦς tua (ὅβινάμ? Nouit Deus) est sine nomine tumba: quæ luctu Nioben superas, Augusta fidelis. ὄψιεν ἀλλὰ φιλαυθῶπῳ θεὸς ὁμιλῆρησι, χαρμαρι ἀλήτοις ἀπὸ δάκρυα πᾶντα παθαίροι. Sed Deus à vestris oculis mitissimus omnes abstergat lacrymas, æternāq; gaudia donet.

Κρυσιατῶν Imp. Constantini & Augustæ Epitaphium.

Meminit Chienfis, & Laonicus, tabularum Leonis sapientis (imperauit Leo Philosophus 886. Christi) in quibus catalogus fuerit omnium scuturorū Cōstantinum magnum Imperatorū, & Patriarcharū: usq; ad Cōstantinum ultimum, & Patriarchā Iosephum, qui Florentiæ mortuus est non ulterius. Vnde, fatale fuerit, ipso- rum tempore Imperium Orientis aboleri. Illas tabulas, in Monasterio S. Georgij Mangano, ab antiquo asser- uatas fuisse.

Fatalis imperij Græcorū interitus.

Meminit & Ioachimi, Floriaci in Calabria Abbatis: qui paxatista suo prouidens hanc cladē, dicat: VR tibi, Septicollis, manibus truncatis. Sanè Ioachimus 1177. Christi uixit: & de futuris Papis prædixit. Sic & Anselmus, Marsichanus Episcopus. uidi utriusq; iconas pictas, elegantes, uetustas, Paparum 30. circiter. Anselmus itaq; castrum pictum habet, cum ternis utrobq; manibus abscissis, tanquam inutilibus ad propugnandum. Miserat mihi cum librum Lincio Tybingam, 7. Octōb. 1582. Matthias Anomæus, Medic. D.

Alexander ab Alex. Genialium dierum lib. 3. cap. 25.

Solet Deus futura mala, portentis & prodigijs præsignificare. Vt Byzantiæ à Turcis expugnationem. Nam apud Comum, citerioris Gallie urbem, uergētē ad occasum die, ingens canum multitudo uisa est per aerē ferri: postq; diuersorum pecorum armētā, species peditum, primò leuis armaturæ: deinde, hastati scutatiq; subsequi: deinde, exercitus equestris, in turmas diuisus, horis ferè tribus. Tandem immanis homo, in equo, tanquam ductor exercitus: & alia ludibria oculorum.

Franc. Philelphus Petro Tomaso, Philosopho ac Medico, lib. Epist. 11.

Nihil in hanc diem acerbius sensi in uita, nouæ Romæ captiuitate. Id quod si secus mihi accideret: iudicarem me profectò ingratitude omni ingratiorem: non solū, quòd & socrum mihi Charissimam Manfredinā Auriam, nobilissimam & pudicissimam fœminā: ac duas eiu, & soceri mei Ioannis Chrysoloræ, præstantissimi equitis aurati, & eruditissimi utri, filias, meorū quatuor filiorū materteras: in obscuram seruitutē à Barbaris, & teterrimis Turcis, actas audio: sed eò magis, quòd eā urbē, & matrē sum usus, & altrice educatriceq; iuuentæ, studiorumq; meorum. Verū, quoniam res humane omnes, mutabilitati subiectæ sunt, & quæ principium habuerunt: finem eitam aliquando habent, necesse est: me ipsum accuso, quòd uelim fragile & caducum aliquid, sempiternum fieri. Si quid aliud certi habes de Turcis, & rebus orientalibus: uelim diligentissimè ad me perscribas. Vale, Ex Mediolano, X. Calend. Februar. 1454.

Chrysolorinæ familiæ captiuitas.

Vxor Philelphi, fuit Theodora Chrysolorina. 1427. quæ mortua est 1441. ad 5. Calēd. Maij, die Mercurij.

Græcos postea Philelphus, in Italiam profugos, commendat.

Græci exules.

1. Xenophonti F. suo lib. 12. tres nobiles Constantinopolitanos, Diplouatazes, anno 1454. Huius familiæ mentio fit in manuscr. Augustanæ Reipublic. Georgio Pachymere, lib. 3. cap. 3.
2. Ioachimo Theologo Græcis his nobilibus, inquit, assiste, ut cœpisti: iacentes tolle, ac foue. Vide in his inconstantiam rerum humanarum. Mendicant opulenti, seruiunt principes.
3. Pallanti Strozæ. Rogat, ut pro nobilibus Græcis in suggestu intercedatur: qui lachrymabilis pars sint Cōstantinopolitani naufragij: & pro se suisq; redimendis, mendicare cogantur quàm miserimè.
4. Guiljelmo Vrsino, Franciæ Cancellario, nobiles exules, & præclaros, commendat: pro quibus etiam apud R. Carolum intercedat.
5. Eidem, Manuelem Agallum, & Manuelem Hagupen.
6. Ludouico Castellæ, Dionysium Hieromonachū Abbatem: qui λύτρον quærat pro Monachis suis redimendis, anno 1455.
7. Guil. Vrsino, nobiles Constantinopolit. Nicolaum Trachanioten, & Alexandrum Cananum.
8. Lud. Mantuæ Marchioni, uirum illustrē, Michaelen Dromachaten Chrysolorā: Manuclis illius Chrysoloræ, qui extincta literarum studia apud Latinos reuocauerat, necessarium, item dios nobiles uiros, Demetrium & Michaelen Assanes.

58 In Histor. Politicam Constant.

9. Eidem commendat Andronicum Trychiam Spantunen, & Georg. Ducam Armenen, uiros Constantinopolitanos nobiles, & Turcis erumnosissimè seruiantes.

10. Thomæ Franco commendat Ioannem Argyropylum, Philosophum eloquentissimum, lib. 13. anno 1456. Fuit is Francus, etiam Græcus, & Philosophus.

11. Ioanni Paleologo, Montisferrati Marchioni, lib. 25. commendat Demetrium Paleologum: uirum nobilem, modestum, ope dignum: qui è Constantinopolit. naufragio elapsus, ad ipsum ueniat, 1459.

Græca lingua in Italia, Galliam, & Germaniam, volauit.

12. Laudat lib. 13. (in Epistola ad Papam Callistum 3.) Nicolaum V. pontificem: quod post Byzantium captum, magnis sumptibus ex Græcia, per Mercatores clam conquisiuerit libros Græcos. Ergo Callistus alit doctos, qui eis uti possint, 1456.

A' Laurentio Medice, bis ad Paiaziten Byzantium missus Ioannes Lascaris: permissu eius in Italiani libros Græcos deportauit: ut apud Paulum Iouium est. De eodem, Ioannes Tilius in Chronico Regum Franciæ scribit: Anno, 1526. Christi (quo ego Maximus Crusius, 19. Septemb. natus sum) Ianus Lascaris, stipendio nullo Ducatorum Francicorum, in annos singulos à Rege accepto, literas Græcas in Gallia disseminat.

De Ioan. Reuchlino scribit Iouius. Hic, Græcè Captiuo dictus: inusitato fretus ingenio, Græcas, Hebraicas, Latinas literas, in Germania, pari felicitate propagauit.

Ioan. Argyropylus, Captiuo Phorcensem, Romæ eius lectionem Thucydidis audientem, iubens Thucydidem interpretari, bene interpretantem admiratus est, dicens: Post nostrum exilium, Græcia transuolauit Alpeis.

in honorariū Ianizarorū, propter Byzantium captum.

Vnum adhuc addam, non alienum à Constantinopolitæ captiuitate: ut animo meo satis morem geram. Anno 1575. die 23. Februarii. legi ego hinc Tybingæ Noua: è Constantinopoli die 9. Ianuar. eodem anno scripta. Die 9. Decemb. præcedētis anni, Selimio 2. mortuo, successisse 22. Decemb. filium Amuratum 3. qui Proceres suos munerauerit. Ianizaris autem singulis (numero 15700. circiter) donauerit tria millia Asperorum: cum tamen duplum expectassent singuli. Nam Mahometen, expugnata Constantinopoli, donasse singulis Ianizaris mille Asperos: propter hanc urbem, & Græciam subactam: & ordinasse, ut quisque successor unum mille Asperorum addat. Debuissent ergo esse sex millia: quia sex Imperatores sunt: scil. Mahometes, Paiazites, Selimius 1. Solimanus, Selimius 2. & Amurates 3.

Asperle.

Vnus Asper (ὄβολος) facit apud nos 2. crucigeros circiter. Mille Asperi, sunt XX. Ducati.

Hexamilium μ'. τὸ γὰρ ἑξαμίλιον) In libro ἀνθ. Εἰς τὴν χιλίαν, τῆς ῥαυοσίης, σαρκύτα ἔξαι, εἰς τοὺς ἀνακείας ἀρῆς & ἀμιμῆς, ἡμῶν σαββάτω, ἐξέλιον οἱ τῆρι οἱ ἑξαμίλι: ἢ ἐφυγαμ οἱ ἀνθόντις οἱ ἀναόταις, ὁ ἰὺρ Κωνσταντίνου, καὶ ὁ ἰὺρ Ἰωάννου, μετὰ τὴν ἀρχοντίαν τῆς καὶ ἔτονι ὁ ἀφόντις, ὁ ἀμυράτης, μετὰ τὸ νόμῳ τῆς καὶ ἦλθε εἰς τὴν πόλιν τῆς καὶ ἐκείνῃ τῆς. Anno 1446. Decemb. 14. die Sabbati, Turci diruperunt Hexamilium: fugientibus Despotis Constantino et Thoma, cum Magnatibus suis. Aderat corpore suo D. Amurata: qui Patras ueniens, cōbussit eas.

Lesbus.

De Lesbo, Aeneas Syluius in Asia. Lesbos habuerunt 1. Pelasgi. 2. Acoles 3. Persæ 4. Macedones. 5. Romani. 6. Græci Imperatores. 7. cum Imp. Calo Ioannes, à Cantacuzeno pulsus, ope Francisci Catelusii Genuensis restitutus esset: hanc insulam benefactori tradidit (quod factum est anno 1355. ducete illo sororem Calo Ioannis) eaq; in eius posteros usq; in hæc tempora durat. Ab eo, qui nunc regnat, cum frater natus maior aliquandiurem administrasset, in uincula coniectus est: publicata causa, quod insula Turcis, Christianamq; fidem, prodere statuisset: ut est calanuitatis, infamia, comes. Aetate nostra, Turcæ sepe ex insula homines & iumenta abegerunt: nihil extra urbium moenia relinquentes. Quarum unam scemina defendit: scilicet uirgo, uirilibus armis induta: quæ ciues cedentes cohortata, prima in hostes irruit: nonnullos occidens. Cuius audaciam ciues admirati: magna strage edita, Turcos in naues fugauerunt. Episcopus Caphensis, Callistu Pont. max. nobis presentibus hæc narrauit: qui Mitylenam transiens, ab Ecclesia sua Romam petebat.

Vrbes Lesbij sunt, { Mitylene (quo nomine hodie tota insula dicitur) ad Ortum.
Pyrrha, ad Ocasum.
Eressus, in colle.
Antissa.
Methymna, ad Boream.

Ambitus Lesbi, 6100 stadiorum est: longitudo uerò, à Borea in Austrum, 1020. stadiorum. Stadium, 125. passus sunt. Octo stadia, seu mille passus, unum milliarium Italicum. Quinq; milliaria Italica, unum Germanicum dicuntur.

Marulla, uirgo Græca.

Bapt. Fulgosius, lib. 3. Memorabilium, cap. 2. uirginem illam, Marullam nomine perhibet: quæ, bello Venetis à Mahometa illata, oppidum in Lesbo Coccinum, aduersus Turcas, cum patrem in acie occubuisse uidisset, eius clypeo & gladio arrepto, tam fortiter defenderit. Sed Coccinum (olim Hephæstias) Lemni oppidum est, non Lesbi, quod ita, ut dictum est, Marulla defendit tempore Ducis Venetiarum Petri Mocenici: cuius uirginis uirtutem Venetus Nauarchus, Antonius Lauredanus, admiratus est: præsertim cum ea respondisset: che non si uoleua maritare ad alcuno: se prima non hauesse intesa la qualità di colui, ch' ella douesse eleggere per marito: se nolle cuiquam, quem nò prius, qualis esset, cognouisset, nubere: ut apud M. Guazzum est.

Lesbij

Lesbij Dux, de quo Syluius antea dixit, Nicolaus Catalusius fuit: quam postea is, cum initio uoluisse, dedere Lesbi amil-
Turcis coactus est. Mitylenam enim Mahometa (ut lib. 10. Laonici est) obsides: τοῖς τραπεζοῦσι τὸ τελεῖον ἔπει-
ἐρ ἐπὶ ἡμέραις ἑκοσι καὶ ἑπτὰ, καὶ ἀβάλλωρ μέγα μέρϑ, ἔχωρ ἢ ἢ ἄλλοις τραπεζοῦσι, ἐβαλλεμ ἐστὴν πόλιρ, καὶ ἀλλο-
φύβει τὴν ἐρ αὐτῆ. Diebus 27. moenia tormentis uerberans, magnam partem deiecit. Sed et mortarijs urbē in-
cessens, oppidanos perterrefecit. Dux, de citione facta primò in gratiam receptus est: postea uerò, licet Turca
factus, interfectus. Amissa est Lesbos anno 1462. τραπεζοῦσ, bombardā: ὑψηλῶ τραπεζοῦσ, mortarium.

Ελαβε τὴν νησαμίονην καὶ σινώπην) Aeneas Syluius in Asia, Sinopensis ager, inquit, usq; ad Halyn (flumen) μϑ'.
protendebatur. Hæc urbs, iam dudum in potestate Turcorum fuit. Erunt, Sinopie tyrannum, prædiuicem esse, Sinope.
propter cris metallā, quæ ibi effodiuntur. Mahumetes Turcorum Imp. Thesauris eius inhians, anno superiore
exercitum ad capiendā Synopen misit, qui turpiter reiectus est. Hoc anno maioribus copijs, terra mariq; com-
paratis: ipse per sese urbē inuadendā statuit. Sed Ismael, loci dominus, nō expectato impetu, sese dedit: quā-
uis Legatū ad nos miserit (anno 1459.) multa pollicitus, si sibi auxilia mitterentur. Sed longum est. Christianos
non modò armare: sed consulturos de sumendis armis cōgregare. Non miramur, si apud obsessum Principem,
plus instans metus, quàm spes longinquæ et dubia, potuit. Laonicus lib. 9. scribit: in hac ἡλα regionum Asia, es
effodi. χαλιὸρ φέρει ἢ χόρρα αὐτὴ μόνη τὴν τῆ κοίσε, χαλιὸρ ἢ ἡ κελισορ, μετὰ γὰρ τὴν Ἰβηρίαν χαλιὸρ. Describitur
in eodem libro utraq; urbs, σινώπην καὶ νησαμίονην.

Ελαβε τὴν ἀμασείην, καὶ τὴν κάρδιον) Anno 1475. Capha, mercatoria Genuatium ciuitas in Ponto (olim, Theodo μϑ'.
sia dicta) cum tota ibi Genuensi ditione, uitio et auaritia Oberti Squarzafici (ut Guazzus scribit) in manus Capha &
Mahometæ, Magna strage edita, uenit: qui Obertus postea Constantinopoli, unco ferreo sub mētum subiecto, Αμαλλίτι.
interemptus fuit. Anastasin deditioe Genuatibus eripuit: quod hi Peram, seu Galatam, sibi restitui, per lega-
tos petiissent: ut Laonicus lib. 9. scribit.

Κύριον γέωργιον τὸ χολκείορ) Qui anno 1439. Latinis, in Concilio Florentino, de processione Spiritus san- μϑ'.
cti etiam ex filio, assensus fuerat. Doctissimus, is erat: sed, quia sacris non initiatus, in Concilium non admissus.
De hac Synodo, in tertio Conciliorum tomo.

Μετὰ καιρὸν ἡρεσκῆτο ρήτηρ) In libro αὐθῶ. τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἀγίαν ἀποστέλλωρ, ὁ Κωνσταντῖνον ὁ μέγας ἐβύλι- μϑ.
νὴν τὴν ἐπίσημ καὶ ἡ ἀγία θωδώρα ἢ βασίλισσα, ἢ γυναικίαν τὴν ἰστανικὴν, τὴν ἐπίσημ εἰς τὸ κέλλῶ, ὅπως ἦτορ, καὶ Templum.
τέρω οἱ τέρηαι τὴν ἰχάλασαρ, καὶ ἐκαμάρ τὴν μετρίτην, καὶ ἐκεῖ ἦσαν πολλὰ λάβανα ἀγίων πατέρων, καὶ ἀπο- S. Apostolo-
στέλων, Templum S. Apostolorū Constantini M. principio ligneū condiderat. Sed Iustiniani Imp. υχορ Theo- rum.
dora, ea id magnificentiā extruxerat: quæ conspiciebatur, adhuc stante. Nunc Turcæ destruxerunt, ex eo con-
dentes Turcicum templum, illuc milite reliqua S. Patriarcharum et Apostolorum afferuabantur.

Δημιγέας καὶ θωμάς τὸν Δεσποτῶρ) Imperator Græcorum, βασιλεὺς Ῥωμαίων appellabatur: Latinorum uerò, μϑ'.
ἡλαμανῶρ, Principes autem Græci, et alij illorum locorum, Δεσποτῶρ. Item, Nomina
Principum.

Designatus {
Imperator Latinorum, seu Romanus, Rex Romanorum uocatur.
Rex { Hispanorum, Princeps } nominatur.
Gallorum, Delphinus }
Græcorum, Δεσποτῶρ }

In libro αὐθῶ. εἰς τὴν χιλίαν, τῆς ἰστανίας, πορνύλασιν ὁ ἡγεμῶν ὁ ἀμυρῶν καὶ ἐδραπέτσιν τότες Δε-
μῆτριον καὶ θωμάς οἱ παλαιολόγοι. Anno 1458. cepit Turca Peloponnesum: cuius Despotæ erant Demetrius
et Thomas Paleologi.

Αὐτὸς ἢ, ἀφῶρ τὸν ἀσάρ) libro 9. Laonici, bellum hoc Peloponnesiacum copiosè describitur: in quo, Mahome- μϑ'.
ta, Demetrium et Thomam imprudēter discordantes, et riu inuiciter gerentes, eadē deijcit, et Pelopon-
nesum sibi retinet. Hoc loco, Asanem (cuius sororem Demetrius habebat, cepit, et Demetrio Spartā eripuit, Demetrius
in custodia afferuans: licet ambo hi, contra Thomam à Turcis stetissent. In libro αὐθῶ. εἰς τὴν χιλίαν, τῆς ἰστανίας, Palæologῶν.
σίαν, ἐξίνα, εἰς ταῖς κῶ τὸν μαῖς, ἐαβὴν ἢ ἀμυρῶν εἰτ ἢ μωρῶν: καὶ ἄλλοι καὶ τὸν Δεσποτῶν, τὸν κύριον ἀμυρῶν, ἀπὸ τὸν
μικθῶρ. 1460. captus est Despota Demetrius, Sparte. De hoc quoq; Demetrio inuenio: insigne eius, fuis-
se aquilam. Tunc, cum ipso uixisse Athansium Lascarin. Fuisse Demetrium, aduersarium Emanueli Cantacu-
zeno: contra quem exciuerit Turcā, qui utrunq; subegerit. Paleologum à Grizza, Venetis Ioncū tradidisse: et
Nicolaum Paleologum, eisdem Maluasiā: ut est in libro 8. Ioan. Baptiste Pigne, de historia Estensium. Ioncū,
seu Iuncum, intellige portum, Nauarini; seu Pyli: cuius olim Nestor dominus fuit. Maluasia, Monembasia
est, olim Epidaurus Laconie.

Ὁ ἢ κβεῖ θωμάς) Sabellicus lib. 8. Decad. 3. rerum Venet. Fuerunt omnino, inquit, aliqui Thomæ conatus μϑ'.
circa istmū: sed illi ipsi, irriti omnes. Perditis itaq; rebus: immansissimum hostem fugiens, Romam uenit: D. An- Thomas
dreæ capite secum sublato. Ob idq; cū uenienti, Pius pontifex usq; ad Miluium pontem, cum frequēti clero ob- Palæolῶν.
uiam processit. Atq; eo loco, ubi Apostoli caput primū ueneratus est, marmoreum sacellum erigendum cura-
rauit. Inde augustius aliud, in D. Petri templo: ubi caput ipsum postea solenni dedicatione locauit. Hæc ille.
Thomæ Paleologo de liberis, Peloponnesi imperio depulsis, in Italiamq; fugiētibus, occurri ad Anconā (Pius
2. P.) iussit: atq; omnia Regio more subministrari. Idem serè omnibus, quos Turcæ patria eiecerant, pecuniam
ad uictum annum constituit. Ioan. Anton. Campanus, in uita Pij 2.

1. Manuel: qui post mortem patris ad Mahometam rediit.*

* Filij huius, { Ioannes: } in nostra Historia,
 { Andreas, }

2. Andreas: Romæ, uxore uulgati corporis ducta, mortuus.

Thomæ (cuius uxor, fuit Martini Zachariæ Genuensis F. Eum Laonicus Centerionem uocat) liberi apud Cuspinanum.

3. Helena: nupta Lazaro, seu Eleazaro, Georgij F. Seruicæ (Laonic. Tribullorū principi qui) sorore habuit, Sultano Muratæ nuptam, Mahometæ matrē. Lazari et Helene filia, Thomæ neptis, Stephano Bosnensi R. nupta. Hæc, non Byzantium traducta (ut nostra Historia habet) sed Romam profuga, in honore ibi uixisse, à Laonico scribitur.

4. Zoe, alijs, Sophia Ioanni, Roxolanorum principi, seu Moscouicæ Duci, nupta: postquam Romæ in matrimonium ab illo expetita fuisset. Mulier astutissima, ut Sigismundus Heberstainius Baro liber habet. Ex ea procreati.

Gabriel.

Demetrius.

Georgius.

Simeon.

Andreas.

* Heberstainius & Iouius, Moscouia sua.

μβ. Κυριακος ἢ μπόσαν. Pius 2. Europæ cap. 16. In Bosna, Rex gentis, Stephanus Despotes (sic enim Reges suos appellare consueuere) quamuis Christi Religionem sectaretur: diu tamen Baptismo, abstinuit. Sed anno superiore, uocato ad se Ioann. Cardinale S. Angeli, ab eo baptizatus est: & sacris nostris ritè initiatus. Turcis, quibuscum fœdus habebat, bellum indixit. Nunc paululum nutare affirmatur. In hac regione plurimū possunt heretici Manichæi: qui, duo principia rerum statuunt: alterum malorum, alterum bonorum. Nec primatū Romanæ Ecclesiæ tenent: neq; Christum, æqualem consubstantialemq; patri esse fatentur. Horum cœnobia, in abditis montium conuallibus sita feruntur. In quibus ægrotantes matronas, seruituras se sanctis uiris, si euaserint, ad certum tēpus, Deo uouent. Reddite sanitati, permittētibus uiris, uota persoluūt: promiscuè inter Monachos præfinito tēpore uiuentes. Hanc labem, nulla sedis Apostolicæ decreta, nulla Christianorū armā, delere potuerūt. Sinit ad nostrā exercitationē uigere Hereticos Deus. Addit his, quæ consecuta sunt, Matthæus Palmerius. Anno. 1463. (inquit) Stephanus, superioris Mysiæ (sic olim uocabatur Bosna) Rex, blāditijs à Mahometo Turcarū Imp. à castello clam euocatus, captus, decoratusq; Regnū, quod à patre dolo subriperat, simul cum uita amittit. Laonicus uerò, lib. 10. decollatum in conspectu Sultani esse scribit. Alij, 1464. anno hæc adscribunt.

Bosna, & Stephanus R.

ν. Κοστα ἢ Τραπεζούν. Trapezuntij (inquit Pius 2. in Asia) sub Imperatore sunt, Christi cultore: qui anno proximo (1459) Legatum ad nos misit, auxilia cōtra Turcas orans. Nouissimè Venetorum litteras accepimus: quæ Turcorum Imperatorem, in Pontum cum exercitu traiecisse ferebant: nec dubium faciēbant, quin Trapezuntij sese dederent: cum Ismael, Sinopensium dominus, imperata fecisset. Nondum tamen fama æquata est. Trapezuntius Imp. uni ex Turcarum principibus filiam nuptui dedit: quæ res fidem eius non satis firmam ostendit. Quis enim Christianus est: & inimico Christi, Ecclesiæ sacramenta communicat? Multa metus, & regnandi cupiditas, admittit indigna.

Trapezuntiorum periculum.

Anno 1459. April. 22. literæ & legatio Dauidis Imp. Trapezuntij, ad Philippum Burgundiæ ducem aliorumq; literæ, inter Epistolas Aenæ Syluij extant. Excitabat ille Imperator, tum Ducē illum, tum ceteros Occidentis Principes, contra Turcas. Se enim in Oriente aggressurū hos, XXX. birenibus, & XX. millibus hominum. Georgium, Persarū R. LX. millibus. Gorgorā, Ducē Georgianæ, XX. millibus equitū. Bendianū, R. Mirigreciæ (olim Cholchidis) LX. millibus Militū, cum filio suo. Rabiant, Ducē Anocasiæ, XXX. nullibus, cum fratre, & Barronibus suis. Dardebechum, Dominū Armeniæ minoris, X. millibus. Asambechum, affinem suum, ethnicum, L. millibus. Vnā facturos esse alios quoq; ethnicos duos: scil. Caramanum, & Dominum Sinopes Ismaelem: ulcisci cupientes Mahometæ iniurias, & suas Regiones recuperare.

Exhortatio Orientalium ad Latinos de bello Turcico.

Hos conatus Papa Pius II. excitauerat: & Iberū, seu Georgianorū, Patriarcha, uir Antiochenus, nomine Ludouicū. Hoc, quod tūc inter illos Orientales fœdus erat factum: à quingentis annis nō fuerat in illis locis auditū. Volebant una æstate Natoliā eripere Turcis: Latinos debere Europa coscijcere. Bos, in medio inclusos, resistendi uires non habituros. Si uerò Latini rem aggredi nollent: ipsi, pactis soluti & liberi erant. Omnes hi conatus, ad nihilum reciderunt. Hinc Epist. 420. ad Ioan. Capistranum: Veneti pacem, inquit Syluius, cum Turcis habent: quam coacti fecerunt, ne ciuitates Orientis amittant. Totā Christianitas (indignabundus addit) si reperiat emptorem: parabunt omnia Turco. Si dabit aurum: uenalis est nostra Religio. Anno 1465. Cæterum, Asambe-

Asambe-

Afanbechus prædictus est is: qui in nostra Historia Vsucasanes nominatur, Teuriza habitans, seu Tauris, ubi olim Artaxata, ut Iovius ait. Sciendum uerò ex Epistolis illis, quæ apud Syluium sunt: eum ibi dici fuisse filium quondam Carailuci, & Regem Mesopotamiæ. Ei Dauidem Imp. Trapezuntis ait Historia nostra filiam suam collocasse. Sed in Epistola sua ad Burgundiæ Ducem, ipsemet aliter scribit. Ego (inquit) filiam Cathqianis (lego, Calo Ioannis) fratris, & prædecessoris mei, uxorem dedi Afembech: qui filius fuit Carailuch, potentissimi Principis: ut firmus sit in fœdere, & bello gerendo: qui multa iam Turco eripuit, sibi uicina. Hunc Laonicus, *χασάβου μακρόν* (Chasanen longum) uocat. De Trapezuntino Imperio, et quomodo id Mahometa subegerit, lege eundem Laonicum li. 9. Ait hic, in eo Regno, Græcam linguam & mores esse. Imperatores ibi ponuntur, hi Comneni.

Afanbechus, seu Vsucasanes,

Alexius Imp. cuius filij, } Ioannes: qui patri propter matris adulterium iratus, bellum intulit: cui occiso, in Imperio ipse successit.
 } Dauides, qui fratri Ioanni successit.
 } Scantarius, Scenderes, seu Alexander.

Comneni Trapezuntij.

Bellum huic Dauidi Turca fecit: quod Vsucasani fauisset, & grauate tributum penderet, quod antea frater eius Ioannes pependerit. Idem Dauides, Ioannis filium, puerulum quadrimum, fraudans, Imperium ad se traxerat. Obsessus itaq; dies XXXII. & amplius: Turcis sese suosq; tradens, sine in Trapezuntio imperio, anno MDCCCCLX. fecit. Vxor eius, iam antea ad generum suum Maniam effugerat. Ipse uerò, cum liberis, filia, & reliqua cognatione, Byzantium deportatus est. Dehinc, Adrianopolin ipse translatus: filia, in Gynæceum Turcicum deducta: puer ille, Ioannis F. cui nomen Georgio erat, Turcicæ religioni adiunctus. Tandem, propter suspicionem quandam, Dauides, cum filijs & nepote, interfecti. Hæc apud Laonicum.

Imperij Trapezuntij abolitio.

Ioan. Antonius Campanus, Episcopus Interamniensis, Aprutinus: Imperatorem Constantinopolitanum, & Trapezuntium, Regem Bosniæ & Sinopensim, si requiras (quod tamen media pace, dum ante adhuc fœdere, oppressit omnes) ne offa quidem inuentia sunt. A deo cum crudelitate, immanis est adiuncta perfidia: cum perfidia, inaudita crudelitas. Et cum nemini parcat: atrocissimè tamen nobilissimū quencq; persequitur. In Orat. Ratisbouensi, ad exhortandos Principes Germanos contra Turcos, & de laudibus eorum.

Turc. perfidia crudelis.

Τὸν πρωτοβυστιάριον) Protouesliarius hic, Georgius à Laonico appellatur: Machumutz Bassæ *ἡσάδελφ* cōsobrinus. *Βυστιάριον*, ararium uocatur, thesauri repositorium, *τρυφάριον*, *πρωτοβυστιάριον*, Thesaurarius Regis, thesauro præfectus. *μεσάζοντες*, *οἱ μακρόν*, intercessores: *ἀρωματιστὰς*, *μελεθωνοὶ* *μυσθονοῦτες*, curatores, qui semper in conspectu Regis uersantur, iussa eius exequentes.

v. c. πρωτοβυστιάριον.

καὶ τὸ βασίλειον) Intelligo Laonici Machumutan Bassam, qui obsederat Trapezuntem, cognatum huius Protouesliarij. Iagorus enim duas filias habuerat: quarum unâ, hic alterâ uerò ille, natus fuerat. Vide in sequenti historia Patriarcharum, in uita Ioasaphi Cusæ.

v. b.

Μετὰ τὸ ἔσθαι χασάβου) Anno 1469. Grauius fuit (inquit Drechslerus) Mahometes oppugnatus ab Vsucasane, Anno item 1472. plures ciuitates, secundis prælijs factis, eidem Vsucasanes eripuit. Proximo anno post, triginta circiter millia de exercitu eius prostrauit. Anno 1474. Turca Persani apud flumen Euphraten uicit: captis sex hostium millibus, & octingentis. De quibus, inter redeundum domum, in singulis statorum suorum locis, quingentos gladios dissecati iussit, & inhumatos abijci: Armeniâ hoc tam horrendo spectaculo impleus. Mortuus est Vsucasanes 1477. potentissimus Persarum, Parthorum, Medorum, & aliarum gentium Rex: Azamias, Assyria apud Geufreum dicitur.

v. y'. De Vsucasane.

Ερὶ τὴν ἐν τῷ ἔτει) Hic est annus Christi 1469. Sed nostri unum annum addunt: scribentes, anno 1470. uenisse Turcam (Mahometam: & Omarum) cum CC. amplius hominum millibus in Eubocam: ut oppugnanda Chalcide, penè XXX. millia amisisset: sed eam post trigesimum diem (à Veneto Nauarcho destitutam) expugnasse: omni genere crudelitatis, in Græcos & Italos, seculisse. Si dice (inquit Sansouinus) che molte donne, così maritate, come vergini, armate all' uianza dell' Amazone, fecero grandissima difesa: & ne furono trouate morte. Et la figliuola di Paolo Erizo, Podestà della terra, giouane bellissima, & da marito, condotta al Re per la sua bellezza: non volendo ella consentire alle voglie del Re, fu scannata. Dicitur, multas feminas, tam nuptas, quâ uirgines, more Amazonum armatas, fortissimè patriam defendere conatas esse: et inde fuisse inuentas mortuas. Filia autem Pauli Erici, qui fuerat Prætor urbis, uirgo pulcherrima, matura uiro, Sultano proter suam fornicositatem adducta, cum sceleratæ libidini eius obsequi recusasset, fuit iugulata. Guazzus addit: Maometto, preso che hebbe Negroponte il penultimo di Luglio, l' anno mille, quattro ceto, settanta: egli per terra, & il Bassa Maomet, grande Ammiraglio dela Romania, con le galee cariche, tornarono à Constantinopoli. Mahometa, capta penultimo Iulij die, Anno 1470. Chalcide: ipse quidè terra, Bassa uerò Maomet (forte Omar) magnus Romaniæ Nauarchus, mari, cum triremibus præda onustis, redierunt Constantinopolim. In libro *αὐθ* sic legitur. *εἰς τὰς χιλίας, τρεῖς κενόσεις, ἑξήλο μιλῖται, εἰς τοὺς ἄλλο τὸ ἰσλῖς, ἡμῶν τὸ ἐμπῆρ, ὁ πῆρὸ ἀμυρὰς τὸ δὲ ὑβερππορ.* Anno 1470. die 2. Iulij, feria quinta (die Iouis) cepit Sultanus Chalcidem, Palmerius ait, Nicolai Canalem, præfectum classis, aduersâ in Senatu summa, quod Chalcidi non subuenisset;

v. f'. Chalcidis expugnatio.

uenisset, uinculum Venetiæ deductum esse, & in exilium actum: in cuius locum, Petrum Mozenicum successisse. Quod de pestilentia, propter hominum uariorum multitudinem orta, additur: similis locus apud Liuium lib. 3. Decad. 1. est. Annus pestilens, L. Ebutio, P. Seruilio, cos. (ante Christum 460.) erat urbi agrisque. Auxere uim morbi terrores populationis (ab hequis peccoribus agrestibusque in urbem acceptis. Ea colluuium mistorum omnis generis animalium, & odore insolito urbanos, & agrestes confertum in arcta tecta aestu ac uigilijs, angebat: ministeriaque inuicem, ac contagio ipsa, uulgabant morbos.

vē.
Belgradi ob-
sidio.

Εξέρχοντε νεά νασά & μεταρσάδου.) De expeditione aduersus Belgradum, seu Taururum, seu Albam Graecam, lege Laonic. lib. 8. Obsessum fuit id à Mahometà 13. Iun. 1456. Eo tempore, Ioan. Capistranus Franciscanus (qui à Pontifice contra Hussitas fuerat missus) & Ioan. Huniades, id oppidum iniuerant. In eius oppugnatione, Europæ Dux Caraciæ interijt. Huniades strategemate, Ianizari (οι νεύλνδεις) in oppidum intronissi: ibi concisi. De quo, Nauclerus Generat. 49. Ingressi per muri ruinas, inquit Turci, atrox prælium commiserunt. Capistranus ex turri clamitans, Christianos hortari, uexillum crucis ostendere, opem de caelo promittere, maledicere hostibus, Dei præsentiam implorare. Hæc ille. Inde, eruptione facta, bombardas (της τριβόλας) Ungari Turcis eripuerunt: castra eorum oppugnarunt: ubi Mahometà, uulneratus. Attamen à castris Pannonos fuere repulsi. Mahometà, die 6. August. eiusdem anni, à Belgrado discessit: Huniades 10. Septemb. post, in oppido Zempla obiit. Ait Pius 2. cap. 8. Europæ: dici Mahometam ab eo tempore, nunquam eius cladis postea meminisse: quin mentium barbarumque demulces, quassansque caput, ei dici maledixerit: qua pugnam ad Albam conseruerit. Addit Nauclerus: Callistus pontifex historiam breuiter narrat in Eulla institutionis diei transfigurationis Christi: quod festum instituit celebrandum per uniuersum orbem, sub duplici officio, VI. die August. concedens indulgentiam presentibus ipsi officio, sicut in festo corporis Christi officium uero ipse composuit. Ne multò post (addit idem) etiam Capistranus obiit: sepultus in oppido Villaco, in claustro minorum fratrum de obseruantiâ: quorum sub habitu, & ipse uitam S. Francisci imitatus est.

Capistranus,
Laonicus
λαπιστρανος

μῆτις & ἀπαρτοπομύλιον ἐν ἴωρ δὶ βῆ.) in d. 24. aetatis post Belgradi obsidionem. Forsitan ad Croiæ occupationem

Obsidio
Rhodi.

Autor respicit: quæ fortasse posita ab ipso, in hoc libello desideratur. Nam 1478. Turcæ Croiam Macedonia ceperunt: Scodram Venetorum obsederunt: Ioannem Cernoium Sabiaco ciuitate spoliarunt: Driuasium & Lissum occuparunt. Anno autem 1480. Rhodus fuit obsessa: missa eò Bassa, ex familia Palæologa oriundo. Historiam satis prolixè descripsit Bernhardus Breidēbachius frater Iacob. de Curte, ordinis Augustinensium (qui miseras illas tunc Rhodiuidit) & alij. Summa hæc est. Classis, Duce Mesicho Bassa, die 13. Maij, ibi appulsa maxima, urbs dehinc gratissimè à Petro Ambusone, Rhodiorum Principe, natione Gallo (præsidio quater mille armatorum, & equitum S. Ioan. quingentorum) defensa: occisis Turcarum nouem millib. & quindecim millib. uulneratis. Antea uero, ultimo Maij, Barbaris urbem lapidibus mortariorum, ex iussu suo acrem obnubilantium, infestantibus: populus adeo perterrefactus fuit: ut, ni Deus uetuisset, munitiones reliquisset. Plebs discurrens, cantabat. ô, qui Mundum è nihilo fecisti, Deus noster: qui superbos humiliasti: & semper seruiētibus tibi, Angelos auxiliō misisti: per Iesum Christum, filium tuum dilectum, Mundi saluatorem, exurge adiutur nos: libera nos ab his crucis tue hostibus: quia tu, Deus unus es substantia, & personis trinus: qui cuncta regis prouidentia, & bonitate tua. Ne despicere preces seruorum tuorum: inueniēto, non peccatorum nostrorum: sed misericordie tue: ne dicant infideles, Iesum non esse Deum nostrum. Tandem decimo octauo die Augusti (diebus 88. in obsidione frustra consumptis) hostes ex insula discesserunt.

Precatio op-
pidanorum:

vē.
Mahometæ
mors.

Απὲρ τὰν νεά τὸ 978 π. κ. ἐτ. &.) Est hic, 1479. annus Christi. Apud Palmerium uerò ponitur: cum 1481. in Orientis expeditionem aduersus Caramanum profectum, 5. nonas Maij, non sine ueneni suspitione mortuum esse. Numerus ætatis eius, in Historia nostra desideratur. Sed ego posui LVII. annos è Sanjouino. Periit autem apud Nicomediam: quæ hodie Comidi, & à Turcis Nichor, dicitur. Subiigit Palmerius. Merituo Mahometo, ingens tumultus constantinopolim inuasit: alijs Baiazetum, in Imperatorem poscētib. ex liberis natu maiorem: alijs Zaliabum, minorem. Vicerunt tamen partium Baiazetis studiosi. Itaque Constantinopoli absens, creatus Imperator fuit. Eò autem 16. Calend. Iunij ingressus est Zaliabum dehinc, qui Asiæ imperium affectans, Prusiam occuparat, inde eiecit. De Mahometà, Marinus Barletius lib. 2. de Scodra expugnat. scribit: eum calluisse astrorum scientiam: dixisse, hoc aut hoc fatorum & siderum positione futurum esse: didicisse, Græcè, Latine, Arabicè, Chaldæè, atque Persicè, loqui. Nouisse magnorum uirbrum gesta: Præcipuè Cæsaris, magnique Alexandri quorum factis ualde accensum, hos omnino sibi sequendos proposuisse. De eodem, Ioan. Bapt. Egnatius Venetus, Hic duo, inquit, Christianorum imperia, Constantinopolitanum et Trapezuntium, subuertit: Regna duodecim nobis ademit: ducentas urbes Christianam pietatem secutas, cepit: & in his, Chalcidem insulam armis, & Scodram deditione, Venetis extorsit: bellum marinum, per multos annos cum Maioribus nostris gessit. Caphæ Ponticam urbem expugnauit: Rhodum inf. frustra tetauit: Italiae, capto Hydrunto, arma intulit. Hæc ille. Theodorius Spanduginus Cantacuzenus, ponit Epitaphium eius è Turcica lingua in Latine translata. Mens erat, bellare Rhodum, & superare superbam Italiam. A Turcis appellatus fuit Mahometes Boiuc, id est, Magnus.

Eius res ge-
sta.

Mens bella-
re Rhodum fu-
it, Italiamque
superbiam.

vii.
Acomata
Bassa.

Απὲρ τὰν 7 ἀγ. ματ. παρὰ τὸ 1000.) Acomatem Bassam, æqualem cuius præstanti Duci, ex Bosna Despota Stephanano natum, interfici iussit: testatus, nimiam serui magnitudinem uirtutemque, Domino timori esse. Ex Anton. Geufræo, Vuilh. Godeteuæo interprete.

Ἐμπειρὸς δὲ πρὸς τὴν ἐκείνην: Zizimus, Prusa eiectus, ad Sultanum Aegypti confugit: à quo adiutus, bis ab Acomate superatus est. Ergo Rhodum confugiens, magno se Magistro (Petro Ambusoni) tradidit, annò 1482. et a Baiazite, re cognita, magna munera Magistro Consiliarijsq; misit: rogans, fratrem diligenter asseruarent: ac pro sustentatione eius, XL millia Ducatorum dedit: interim à bellis in Christianos abstinēs. Inde Zizimus in Gallias ablegatus: in domo Hierosolymitanorum militum, Burgonouo dicta, diu uixit. Postea Romam ad Innocentium VIII. P. deductus: ad tempora Neapolitanæ Caroli VIII. expeditionis mansit. Qui eum sibi dari petijt: se opera eius Constantinopolim recuperaturum sperans. Verum ab Alexandro VI. ueneno potionatus fertur, et Tarracinae animam exhalasse. Ex eodem Geufræo, et Guazze. Addo et hoc ex lib. 2. Louij. Baiazetes (inquit) Alexandro Papæ epistolam Græcam misit: petens, ut is fratrem Gemein, qui ad ipsum confugerat, ueneno tolleret. Se ei CC. millia Aureorum persoluturum: et Christi inconsutile tunicam: sicut paucis antè annis Longianæ lanceæ cuspidem transmisisset. Et sane postea Gemein perijt.

v8.
Zizimi for-
tuna.
1482.
1488.

Ἐστὸς οὖν κατὰ μολδοβλαχίας.) Tertio imperij sui anno (inquit Andreas Lacunensis) armis Vualachiam impetēs: ad Danubij fauces acriter expugnauit Lithostoniū. Drechslerus 1484. de uictoria scribit. Sansouimus, ab eo oppugnatum aut Carobogdanum, Vauuodam Vualachia: et pluribus uictorijs obtentis, captum esse Chelum, seu Ciliam. Deinde, Moncastrum (quod, antiquitus Hermonassa dictum) certis conditionibus in potestate redactum: sed ijs non seruatus, 500. familias ex ea urbe Byzantium traductas.

ξ.
Valachia.

κατὰ τὴν ἀλβανίαν.) Idem Sansouimus dicit: eum arma in Cimcriotas (olim, Ceraunios) cepisse, ulturum eorū in Turcicum agrum excursiones crebras, et prædationes. Depopulatum esse illa loca: licet incolæ, postea paucis mensibus domos suas repetiuerint: Drechslerus, ad annum 1492. rē fert.

ξά.
Ceraunij.

καὶ ὁρμησαρὶ κατ' αὐτῶν Ex Guazze. Anno 1498. bellum Venetis intulit: quod in suam fidem recepiſſet Ioannem Cernouichium, non longè à Cataro incolentem. Zaram ergo usq; ferro igneq; populabundus excurrit. Veneta et Turcica classes, supra Methonen inter se conspexerunt. Amiserunt Veneti ad portū Sapientia (olim, Sphragia insula) præclaram occasionem: et Turcæ ceperunt Naupactum. Sequenti anno excursione ad Tergeste (Teruissium) facta: magnum numerum captiuorum adduxerunt: de quibus, mense Octobri, plus tria millia, ad Tiliuentum flumen (italis, Talamentum) obtruncarunt. Anno insequente, scilicet 1500. die S. Laurentij (Augusti 10.) Modonam, seu Methonen, ceperunt: Veneti autem, Leucadem: quam postea, pace facta, reddiderunt. Quod ad Baracum Reizam attinet: Raifi, sunt Duces triremium, et aliarum armatarum nauium Nauarchi.

ξβ'.
Bellum cum Venetis. Duce Hal Bassa Bassæ Schen deri crudelitas:

κατὰ τὸ 799 ἔτος.) Id est, anno Christi 1499. De Naupactō liber αὐθῶ sic habet. ἡνλείποντας οἱ ναυκαυσι-σται τόσιν ἀρμάτα, ἐπροσκύνησαν μὲ τοιαύτην συμφωνίαν: ὅτι νὰ μὴδὲν δώσωμ κινεὸν δώσιμον εἰς τρεῖς χρόνους, καὶ ἐτὴν ἐπιβίβασιν τῶν ναυκαυσιου, καὶ ἤτορ τότε κερτὴς εἰς αὐτῶν, ὁ μισθὸς τρεῶν μόνον. Cum uiderent Naupactij tantam classē, se dediderūt hac conditione, ut triennio nullum tributū penderent. Sic politus est Turca Naupactō: in qua tunc Prætor erat Dominus (ital. Messer) Ioānes Morus. De eadem ciuitate, præcedit in eodem libro. Eis τὴν χιλίαν, τριακοσίαν, ἀγρολιώτα οὐλώ, ἠπὲρ αὐτοὶ βορέϊμοι τῶν ναυκαυσιου, ἀπὸ τῶν παύλων τῶν παύλων, Anno 1388. ceperunt Veneti Naupactum de Paulo Spata.

ξγ'.
Naupactus, Lepantum:

Ὅτι ἐστὶ ἐκεῖ καὶ τὸ σελῶν τὰς.) τὸ ἐστὶ, Rursus, cōuertit: quia dicit liber αὐθῶ: quod, Naupactō capta, ἰδὲν μὴδὲν ἔπειθε εἰς τῶν ἀντρεανῶπολιμ, Sultanus iuerit Adrianopolim. Sequenti autem 1500. anno ἐκατέβη ὁ αὐτὸς ἀμνηστὸς μὲ ὄλα τα τὰ φροσάτα: καὶ ἐβέβη μέσσω εἰς τὴν μορέαν, καὶ ἔπειθε τῶν μοθώνων: descendit idem Sultanus cū omnibus suis exercitibus: et ingressus Peloponesum, cepit Methonen. Quod quomodo factum sit: explicat idem liber his uerbis. ὁ αὐθῶντος εἶχεν εἰσὴν εἰς τῶν μοθώνων, εἰς ταῖς δίκαι τῶν ἰσλίων: καὶ ἐπολέμησεν τῶν τριακότων ἡμισθίων: καὶ τίποτις δὲν εἶχεν ἰσάμει. καὶ εἰς ταῖς οὐνεία τῶν αὐγῶν, ἔλθων οὐνεία ἰσάτοργα βορέττια: διὰ τὰ δώσιμον βοῖθεια εἰς μοθώνων. καὶ οἱ ἀνθρώποι ἀφῆσαν τὰ τεχνία μοναχά: ἦγυν ἐνῆνοι, ὅπου ἐναμαεν ταῖς βίγλαις: καὶ ἔπειθε γὰρ, διὰ τὰ παρῶν τῶν μνηστῶν εἰς αὐθῶντίας ἀπὸ τὰ κέτοργα, καὶ οἱ τῶν οὐνεία τὰ τεχνία μοναχά: καὶ ἐβούνη, καὶ πρῶτον τῶν (καὶ ἤτορ κερτακὴ ἡμῶν, πρὸς τὴν ἐσπιθινῶν) καὶ ἐλκελάτῆσαν τῶν καὶ ἐβαλαν καὶ σῖω: καὶ ἐκατέβη τὸ πειροσὸς ὁρῶν μὴδὲν ἀπῶντων: Peruenerat Dominus Methonam decimo Iulij. Eam XXX. dies oppugnauit: nec efficere quicquam potuerat. Die nono Augusti uenerūt nouem triremes Venetæ: ut auxiliū præberent ciuitati. Reliquerunt mœnia oppidani sola, hoc est, sine defensione: nempe illi, qui faciebant excubias: et abierunt, ut subsidium acciperent dominationis Venetæ, ἐ triremibus. Tunc Turcæ inueniebant muros desolatos: intrabant, capiebāt ipsam (erat ea dies Dominica, propinqua uespera) et depredati sunt. Ignem in super iniecerunt: maioremq; eius partem combusserunt. Additur ibidem καὶ εἰς τὴν χιλίαν, ποντακοσίαν, τέσσαρες, τὸν μιλίαν τῶν λαυρέριον, εἰναμαεν οἱ βορέϊμοι ἀγάπην μὲ τὸ σελῶν μπάγαξίτην. καὶ ἤτορ ἀμπασσαδῶρος τῶν, ὅπου τῶν ἐκατέβη τῶν ἀγάπην, ὁ μισθὸς ἀνδρῶν ὁ χεῖτης: ὅποιον οὐκ εἶχε τῶν σῆμορον πρῶτον πῶ. Anno 1504. mense Ianuario, Veneti cum Baiazite pacem fecerunt, Legato Andrea Grito, Venetorum hodie Duce.

ξδ'.
Modone occupatione.
1500.

Οἱ οὖν τῆ Κορώνης Anno 1532. Andreas Auria ciuitatem Messeniae Coronen cepit. Sed 1534. eandem Imp. Carolus V. quod eā sibi non usui, sed sumptui, propter defensionē, esse uideret, inanem Turcis reliquit: Græcis inde Siciliam translatis. Iouius libro 32. ubi Græci apud Coronen nominantur milites hi: Lazarus, ceteriore Macedonia oriundus: et Buseus, dignitate equestri: et Barbarius, Græcorum fortissimus. Cur ego hæc de Corone commemorauit? Dicam, Die 27. Martij (qui erat Sabbati) Mēmingam (in quo oppido) ἐτὴν σχολῆν tunc

ξε'.
Coronar

E.Γ.Δ της Κ.τ.Π
IOANNINA 2008

64 In Histor. Politicam Constant.

Nicol. Kali Coronensis. praeerat, cum tribus collegis: docens Latinas et Graecas literas) anno 1557. uenit ad me homo Graecus, Nicolaus Kali, e Corone Peloponnesi oriundus, uir forte XXX. annorum. Stipem colligebat, seu λύτρον: quo se, et matrem, et duos fratres, et sororem, captiuos (uxor subterfugerat) redimeret. Nam olim ex Corone, per Imp. Carolum in Sciliam translatus, habitauit in pago ταυρομίνι. Sic enim appellabat. Sed inde a Piratis, in Africam (Barbariam, penult. producta, nominabat) abrepti fuerant. Ipse, in ciuitate Gerbi (alii Zerbi dicunt: et est insula Menynx, seu Lotophagites: non longe a Syrtibus, propè continentem) se detentum dicebat. Cogebatur λύτρον C C C. Ducat. habere: cuius dimidium se iam confecisse, ac misisse, dicebat. Gestabat Catenam in sinistro crure: quod scilicet ἐλευνότηρ & esset. Habebat literas commendatitias: quas ei dederat, obsignatas suo sigillo, Dux classis, quae Italica dicitur Spes, ad Antonium Rocã, capitaneum generalem Siciliae, Gubernatorem Miscinae, seu, Messanae: qui ei alteras literas, suo sigillo obsignatas, dedit. id testimonium propè attritum, curauit ei post die (die Dominica Letae) pulchre in membrana, quam habebat, a Logista nostrate describendum. Eius die Dominicae tempore pomeridiano, multa ex illo quaesiuimus, et quaedam annotaui: indicante mihi uerbis Italicis. Erat autem homo idiota: nec scribere, nec legere sciens. Delectabar ego admodum: uidens, Accentuum rationem, adhuc cum uetere pronuntiandi Tonos ratione consentire: nec esse somnium Grammaticorum (sicut antea mihi uisum fuerat) illas de Accentibus regulas: sed ipsos bene de nobis meritos esse, natiuam Tonorum ratione tam diligenter et accuratè annotata. Ceterum Vocales et Diphthongos pronuntiabat: sicut apud nos uulgo pronuntiatur, et apud omnes hodie Graecos. Ut, i, et n, et u, et e, et oi, per i, ταυρομίνι, Tauromini. Libet, pauca de lingua eius barbara subiicere.

Vocabula Barbaro-Graeca:

ψωμίον, panis. κρασί, uinum, cum ego dicerem, ἀρτὸν & οἶνον: respondit, in Latino Graeco sic appellari, non in uulgari. Et similiter de alijs. ποτήριον & γυαλίον, poculum.

βάλε, }
σώσε, } κρασί infunde uinum. ἐσθίε το λαμπρόν, extingue ignem: pro, τὸ λαμπρόν.
χόγη }

Hortate me, ederet et biberet: respondit: ὄσον τὸ ἕορμι θίλει, ὄχι περισσοῦν: quantum corpus uult, non amplius. Cane meo, ei ad mensam blandiente: dixit: τὰ χυλὰ ἀγαπᾷ τὸ ξόνου, καὶ τὰ φανό: canis amat hospitem, et orphanum. φυλάει τὸ ἄνθρωπο, καὶ ἀγαπᾷ: custodit hominem, et amat, συνόσων, surge. στασων, exspecta. πὸ πᾶσι: quò uadis? θέλ, καὶ λυθὸσων θῦτοιο esse liber. ἔλα γίνεσθαι διὰ τὰ ἁμαρτήματα: omnia sunt facta propter peccata mea. ἔχε θάρσος confide. φωτιά, Sol. φεγγαρή, Luna. νέφη, nix. Ἰνοφα, nubes. γιάλι, littus. θυνθ, mōs. λαγγάσι, nallis. βρύσι, fons. τόπος, patria. χωρία, ciuitas. χωρίον, pagus. ἀποδοχή, hospitale. τὰ βόλα, πῆσα, ταίλαρον, orbiculus meisarius, ueller. τὸ μελάρι, atramentum. ἰονδύλι, calamus. καλαμάρι, calamarium. ἀφρον, dominus. ἀρχοντας, nobilis. χωριότης, rusticus. ἐμ ἀδελφός νῆς, est frater noster. δὶκός μας βασιλεύς, noster Rex. ράλι, κάλι, ἀμορφοσί, pulcher. καλία, μάλασι, crines. μάτια, oculi. φρέδιον, ὄφρυς, γούσια, et τρίχα, βαρβα, μάλωμα, bellū. ἀγάπη, pax. ἀνθρώπο εἶναι ἀμάλωτ, homo est captus. σφαλή, homicidium. τερνεία, pecunia. περιόνι, scra. βαρέτα, pileus. ἀλογο, equus. γρημιώ σε, intelligo te. ψιματάεις, mentiris. ἀναγνώσει, legere. μάλω, recito.

Καὶ ταῦτα μὴ δὴ ταῦτα εἶτα ἡ, ὁ καλὸς Νικόλαος ὤχετο. ὠνομόμην δὲ ἐγὼ τότε μετὰ τὴν πορνίαν μου μητρὸς, μαριωνιάδα λινῆς, τρυμιθῆς, ἔπω γύμας. ἡ ἡ, ὁ τυβίγγη ἔσθρον ἀπέθανε, τῆ 17 Νοεμβρίου, 1569. ἔτος, μακαρίως: καὶ μετὰ τὴν ἐν θεῷ σύνλογίαν, δὲ σύνχωρ καταλαύσασα: ὡς αἰ τιμὴν τὴν προσήμισαν, καὶ οὐ θλίψισι βοήθειαν, ἐξ ἐμῶ χάρις ὑπολαβῆθα.

ξ5. Αἰτιατικῶς τριῶν χιλιάδων χρυσίνων) Tria genera monetae Turcicae esse, intellexi 1571, in ciuitate Imperiali Eslinga, ex Nicolao Blattēharto, affine uxoris meae: qui 6. April. 1567. in hanc patriam suam, nuro hominis concursu redierat: postquam e Grano Ungariae, ubi apud Pharmacopolam uixerat, abductus in Turcia. 25. annos captiuus fuisset. De quibus Constantinopoli 11. annos seruierat: uenditus ter: primò, 60. deinde, 70. postremo, 80. Soltanius. Postea, in Barbariae ciuitate Tripoli 4. annos detentus fuerat: donec beneficio Siciliae conseruatus euasit: non quidem ille, literatus, sed uir bonus. Monetae illae sunt 1. Μάγκυρ, cuprea, octaua pars Asperis. 2. Asper ualens apud nos 2. circiter cruciatis. 3. Soltanini, uel Altini, id est, Ducatus Turcicae linguae (quam ipse bene nouerat) uocabula, ab eo proferebantur. Vrum giaur, Graecus Christianus. Alamã giaur, Germanus Christianus. Item haec quatuor, principis scienda, si quis linguam addiscere uelit.

Nicol. Blattēhartus.

Monetae Turcicae.

Io cks, id est, Non,
Eij, Ita, Eí, Luna, Eia, uirsa.
Ieterbu, Affer mihi hoc. Ieter, sufficit.
Nederbu, Quid hoc est?

Ait Gerlachius, nullum alium in Turcia nummum aureum esse, quam Ducatos. Portugaldenses Ducatos, non plures esse, quam coronatos Gallicos. Tantum Veneti auri nullum intertrimentum esse.

ξ6. Μετὰ τὴν τριτάδων) Βατζίτες, uolens ulcisci Alcairi (Turcae Mitzi uocant) Sultanium: quò a receptum fratri Zizimo, et uxori filioq; eius, dedisset, postulauit ab eo duo Castella, Adana et Tersis dicta, in confinio Caraniam

ramani & Turcomani: secus quæ castella iua Mecham ituris est, Postulavit & uxorem, ac filium fratris. Quæ Belli cum
postulata Sultanus risit. Maximæ ergo copiæ, contra ipsum, Tharsum uersus à Baiazite missæ. Has non semel Mammalu-
ceciderunt Mammaluchi. Succubuerunt Turcæ memorabili clade, intra Amanum (nunc Mons niger est) & si-
chis.
num Ibsicum (nunc Laiasseus dicitur) ubi Alexander M. olim Darium uicerat. Captus est Cherseoglus, Baiazi-
tis gener, amissis tribus digitis dextræ manus: Alcaorum, ad Caitheum Sultanus ductus. Continuato diutius bel-
lo, nec feliciter, à Turcæ: tandem pax est facta, anno 1491. circiter. Ex Iouio, & copiosè describente Guazzo.
Mammaluch, Lingua Syriaca (quæ & Africana est, seu Maurica: omnium uulgarium linguarum usitatissi-
ma) Ministerum aut stipendarum, significat. ex Geufræo.

Κατὰ τὸ ἴδιον ἔτι Anno Christi 1508. Quiescit hinc aliquandiu (ut apud Iouium est) post pacem cum
Venetis factam, Baiazites: ut senex, & podagra laborans: oblectans se Philosophica lectione, præsertim Auer-
rois. Quo tempore, intentus etiam erat reficiendis muris urbis, tremotu magna ex parte collapsis: quod fuit
sinistrum. Ottomanicæ domui prodigium.

Ὁρόματι σαχισλιν) Scribit Iouius: Baiazete pacificè uiuente in Persia ualde creuisse Ismaelē Sophum, Vsun-
casani è filia nepotem: qui nouis Mahometicæ legis interpretationibus, nouam induxerit Religionem. Ea ra-
tione potitū regno Persico: tantanq; eius extitisse, ut per Orientem uictoris, famam: ut in Natoliâ Duces illius
sectæ irruerint, maximo terrore incolis mictō. Tumultuarium quidē fuisse exercitum, sed in dies singulos cre-
uisse. Ab his, cum exercitu cæsum esse apud urbem Cuthiam, Caragium, Bassam. Dein, in prælio uincens,
occubuisse Halibaßā. Appellatur ille Sachcules, apud Sansouinū, Techelles Cusebea: qui ubiq; spargere coepe-
rit illam Religionem. Drechslerus, Eliam prophetam Persicum nominat: et hanc historiam, ad annum Christi
1502. reponit. Baiazita sanè, quia sectam illam latè diffundi uidebat: ducentas, ut eam extirparet, Constantino-
poli domos, cum habitatoribus cremauit. Sach, uel Scah, Persicè Rex dicitur. Ismael ille, Sophus fuit nuncu-
patus: eò quod patri eius, nomine Seich Aidero, cognomētum Sophi inditum fuerit: quod sanctus homo, & ue-
lut Propheta, haberetur. Sed Nicolaus Nicolai, lib. 1. nauigationis sue, cap. 20. Sophiēos ait Persas appellari, à
tegumētis capitum lineis, Sophi enim Arabicè, significare linum, aut lanam. Turcæ uocant eos contemptim,
Kesulbach, seu Kihilbach: id est, capitarubra: quod rubra sint illa pilea.

Κομισσάρων, ἀσχιδίων) Amurates 2. primus Otthomannorum, phalangem peditum instituit, imitans ueteres
Macedones: quod equites, oppugnandis oppidis parum sint idonei. Ianizaros appellauit (ex partibus Christia-
nis ereptum genus) hoc est, nouæ gentis milites. Quos in Aula educatos, prætoricæ cohortis perpetuos corpo-
ris sui custodes & stipatores effecerat. Hi iam sunt boni sclopettarij. Iouius, de uiris bellicæ uirtute illustribus.
Utuntur autem illi ense, pugione, securicula in cinguli tergo, et sclopettis oblongis. Nonnulli, dimidiatis lanceis.
Summus eorum Dux, uocatur Aga, id est, baculus. De ipsorum origine & deducatione, uide Laonicum lib. 5.
In epistola quadam Gerlachius, Ianizaros dicit Sultani prætorianos milites esse: quorum numerus sit quindecim
millium. Apud Herodotum lib. 7. Persarū Ianizari erant ij, qui ἀθάνατοι nominabantur: qui numero erant
ἑξήκοντα, decies mille. Ideo autem ἀθάνατοι (immortales) dicti: quod statim in demortuorum locum alij legeretur:
ut semper nec plus, nec minus: quam decies mille, essent. Spachorum, seu Spahorum (qui sunt equites) genera,
plura sunt (ut ex illa Gerlachij epistola accepi) quorum aliud, plus alio stipendij habet. Comitantur
Sultanum ad bellum, hoc modo. Spahoglani (iuuenes equestres) & Sagvlufegi, & SagGaribi, ad dextram:
armati scuto, lorica, casside, hasta, ense. Quidam, sclopettis, aut arcubus. Silihdari autem (arma tenentes)
& Solvlufegi, & SolGaribi, ad sinistram: eodem, quo dictum est, modo armati. Hi sex ordines, se Turcici Re-
gis nobiles haberi uolunt. Sunt instar μοναρχων, seu κλητικῶν τριπόδων: qui singulos equos alunt. Seynd roie
cinsperinige Fnecht. Alius tamen ordo, alio dignitate superior est.

Παχί, & Sa-
phi.

Παχί, & Sa-
phi.

Παχί, & Sa-
phi.

Εἰς τὴν ἴδιαν ἡμέραν) Selimus, filiorum Baiazite minimus natus: è suo principatu (sangiaccatu) Trapezuntio,
Capham profectus, Tartariæ Regem sibi cõciliauit: cuius unam filiarum, uxorem duxit: exercitum Turcarum
et Tartarorum cõflauit: Danubiumq; apud Ciliam, seu Lycostomum Vualachia, traiecit: simulans, se uirtutis
bellicæ exercendæ causa, in locis propinquiorebus uelle esse, contra Mahometæ hostes. Cætera, apud Iouium
& Sansouinum.

Αἰγυμὸν σίτριον) Fortassis est locus, quem alij Ciorlum uocant, seu Tzurulum: media ferè uia inter Adria
uopolim & Constantinopolim. Ibi enim pugnatum fuit.

Εἰς τὴν ἴδιαν ἡμέραν) Anno Christi 1511. Nostri uerò 1512. ponunt.

Εἰς τὴν ἴδιαν ἡμέραν) Sansouinus dicit, Baiazite à Medico suo Vstarabo, Selimi promissione denorū in dic-
Ducatorum inducto, uehenum in pagò Ciorlo datum esse, eumq; postea interfectum à Selimo, ne sibi idem ab
eo accideret. Iouius, iudæum fuisse dicit. Voluisse tunc Baiazitem Didymotichium, ciuitatem Ponti antæmissi-
mam, ire: sed anno ætatis 74. in uia neci datum esse, Metuisse enim Selimum: ne, se in Asiam contra fratrem Aco-
matem eunte, interim pater Regnum repeteret. Voluisse etiam gemmas, & res preciosas, ab illo exportatas, con-
recipere: ut promissa Ianizaris præstare posset: quorum opera Regno potitus fuerat.

— Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames?

f p Ppoua

66. *Πορσομεδὸς ἔσχατος*) ἔμπαύλις τε, non δελήμυ. Nam in sequēte Patriarcharū historia, Balazetem uenatum exisse in illum locum, scribitur.
05. *Δωροδονία, barbarorum* *Αὐτοὶ ἐδίδου αὐτοῖς*) αὐτοὶ ἐδίδου, τοῖς θραξὶ βαρβαροῖς πρὸς τὴν ἑλλήνας ἔτι νόμῳ ἔλν, λαμβάσει μᾶλλον, ἢ δίδοναι. καὶ αὐτοὶ ἔλν, αὐτοὶ δὲ αὐτοῖς, μὴ δίδοναι ἢ αὐτοῖς αὐτοῖς, μὴ τυχεῖν. ὅμως ἔ, παρὰ τὸ δίδοναι, ἔπι πλείον αὐτοῖς ἐξήσαστο. ἢ ἔπ ἔπ πρᾶξι αὐτοῖς, μὴ δίδοναι δίδοναι. Sicut ἔ τῆπορε Thucydidis (ante Christū 424.) Thracēs (qui, Barbari comparatione Græcorum erant) magis accipere solebant, quàm dare. Ac turpius erat, si rogatus esses, non dedisse: quàm, si rogasses, non accepisse. Attamen pro pōtēstate, qua cogere poterant, magis accipiebāt. Nihil enim efficiebat, qui munera non dabat. Thucyd. lib. 2. τοὺ μᾶ τῖς ὑμῶν, πρᾶγμα ἔχομ πρὸς ἔ τῶπορ, ἔ εἰνεοθα ἔδθ ἔ δίδοναι, καὶ ἔχθ ἔδθ ἔ δίδοναι: Audet aliquis uestrum, quando cōtrouersiam habet cum altero, ius postulare apud iniustos, ἔ non apud Sanctos: 1. Corinth. 6.
07. *Κυριόν σωτῆρ ἔσχατος*) Res à Selimo gesta, breuiter ex alijs, copiosè narrātibus, subiiciam, ad suos annos referens. Anno 1513. Selimus fratrem Acomaten, Persicis auxilijs utentem, 18. Calend. Maias superatū, interficat: sicut antea etiam fratrem Corcuten. Deinde, pace cum Vngaris ἔ Venetis firmata, contra Persarum Regem Ismaelem 1514. profectus, eum 9. Calend. Septemb. uincit. Aladulum, Cappadociæ Principē, 1515. uincens: Ducis eius caput Venetijs, uictoriæ signum mittit. Proximo pōst anno etiam 9. Calend. Septemb. uincit ἔ occidit Cāpsonem, Aegypti Sultanum: Damascum, Alexandriam, Alcairum, capit. Deinde 1517. Tomombeitū Circassum, Aegypti Sultanum, sepius uictum, deniq; proditum ἔ captum, Alcairi, ad portam Bassuelam, tertio Idus April. suspendi imperat. Moritur 1520. eo in loco, ubi patrem hostiliter tractauerat, mense Septemb. anno ætatis 46. postquam 8. annos imperasset.
07. *Τὰ νεσθεύματα ἔσχατος*) De quo sic scribit Ioan. Ramus. In patrem primū ueneno, in fratres ἔ nepotes armis, in amicos etiam ἔ necessarios alijs, atq; alijs, insidijs, grassari: nullis parcere, ne illis quidem, quos ipse sibi antea imperium proximis coniunctissimosq; habuerat: ueritus, ne ab his aliquādo circumueniretur quibus animi sui notus perspectos esse cognouerat. Cumq; hanc immanitatem uitio sibi dari à uicinis Regibus intellexit: ecce, quàm belluina uoce suum peccatum defendit. Nihil, inquit, dulcius est: quàm sine affiniū timore ac suspitione regnare.
08. *Τὸ σάχισμα ἔσχατος*) Huius Ismaelis uitam, ἔ Tamasi filius eius descripsit Theodorus Spanduginus Cantacuzenus, nobilis Constantinopolitanus, anno 1583. extatq; Italicè in Turcico Sansouini opere. inde paucula ponam. Mahometa, Alcorani autor, propinquam habuit, cui nomen Ali erat: quem ipse, parentibus orbem, educauit: eiq; quòd ab eo coleretur, unam filiarum suarū collocauit. Qui iam recta linea ab utroq; (Mahometa ἔ Alo) descendunt: in magno honore apud Mahometanos habentur: nominanturq; à Turcis et Tartaris, Siti: ab Aethiopijs uerò, seu Mauris, Serifh. Persæ, hodie Sophiani dicti, Alum pari cū Mahometa reuerentia prosequuntur. Ex huius Ali recta longæ posteritatis linea, erat Secaider, Sach-Ismaelis pater: dominus parue apud Persas Regionis, nomine Arduæ: homo religiosus, qualis apud nos aliquis Abbas est. Sciam uocant Turcæ: ἔ Mauri, eū, qui curam animarū gerit, sicut aliquis plebanus, aut Sacerdos. Sach, titulus est: qui tribuitur filijs Imperatorum, Regum, ἔ procerum: sicut apud Hispanos, Don. Ideo Turcæ, Persæ, Mauri, omnesq; Mahometani, in suis titulis præmittunt uocē Säch: cui addunt, Beg, id est Dominus Seitan, Diabolus est. Cam, Tartaricè Imperator dicitur: Turcicæ uerò, Condichiar. Padisæ, Regnantem significat. Sultani nomen, olim Cauri domino attribuebatur. Nota discrimē. Sultān Sulaiman, significat magnum Solimannū Sulaiman Sultan uerò, uicarium ipsius, seu legatum. Quia itaq; sanctus (ipsorum opinione) uir erat Secaider, ἔ ab Alo oriundus: non despexit eius paupertatem, maximus ille Persarū Rex Vzuncasanes: sed unam de suis filiabus ei nupti dedit, nomine Camitam Cami: natam sibi ex Catharina (ipsis Carum uocata) Davidis Trapēzuntij Comneni F. Ex hoc coniugio natus hic Ismael fuit: ἔ à patre diligentissimè, literis, bonis moribus, ipso rūq; Religione, educatus: qui ex Astris præuidit futuram filij magnitudinē. Secaiderū filius Vzuncasanes Iacobegus, inuidia motus, interfecit: fugiente cum matre Ismaele, puero octenni. Superstitio Mahometana, est in LXVII. principales sectas diuisa, quarū una sola, in Paradisū dux est: reliquæ uerò, ad inferos. Nec determinatum est, quæ nā illa sit, quæ Paradiso homines tradit. Hinc unusquisq; suam sectam, pro uera ἔ saluifica colit. Harum unam, perhibet Sophianam, seu Persicā: ad cuius manifestationem ἔ amplificationē, missum fuisse Sach-Ismaelem cæteris 71. destruendis. Vesciebatur carne suilla, sicut ἔ reliquæ Persæ (Alo Propheta, contra Mahometam permittente) quod Turcæ non faciunt Continenter Persæ ieiunant, uigilant, beneficentiam exercent. Qui igitur magnæ ille autoritatis erat: hominum concursus ad ipsum fiebat, ultro sine stipendio militantium: quibus ipse, Aluante Rege superato, Taurensem urbem occupauit. Cumq; ulcisci aliter Iacobegum, iam antè mortuum, non posset: patrem eius occidit: illius uerò sepulchrum magnificētissimum diruit: ossa extracta combussit, eorumq; cineres uentis dispersit: matrem, à qua de tanta barbarie reprehensus fuerat, interfecit. Deinde Aluātem, maioribus copijs reuersum, Tauris erumpens uictum occidit. Hoc modo magnum terrorem iniecit Turcomanis: qui sunt Domini uillarum, arcium regionum: Regi obligati, ceu Feudatori, equis alendis, ἔ alijs officijs præstandis. Ita Ismaelis gloria, potentia, ἔ Religio, magis magisq; creuit.
08. *Τὸ μόνον ἔσχατος*) Scederbeium, seu Scenderbeium, intelligo Alexandrum dominum: sicut Scanderbeg, Alexander magnus est. μόνον, ἔ σπᾶν γῶν, ἢ κῆρ.

In Palatio Sultani (inquit Geufreus) uel Sarai, est maximus & amoenissimus hortus: quem colunt 40. aut 50. Hortulani, nominati Bostangiziquorum praefecto nomē est Bostāgibassar: cui indices numerantur 50. Aspri: sed Bostangorum, alicui tres, alij quatuor, alij quinque, pro conditione cuiusque. Vestuntur quotannis ueste cerulca: & sunt Ianiseroti (diminutione à Ianizaris tracta) quia ex Hortulanis fiunt Iantzari.

Bostangi-
bassa.

Cadilesques (inquit Nicolaus Nicolai part. lib. 3. cap. 24.) duo sunt: Mahometanae superstitionis Doctores & summi iudices: eiusdem in Religionis dignitatis cū Graecorum Metropolitae, aut Patriarchis Romanae Ecclesiae: summi autem in forensibus negotijs praesides. Eī non gratia, nec pecunia, leguntur: sed eruditione prudentia, etate constante officium eorum est, tueri Mahometanae fidem: constituere, aut abrogare, Cados, hoc est, iudices prouinciales, ad eosque omnis à Cadis prouocatio est. Vnus eorum, Graeciae est: alter, Natiuae. Vestem undulatum, aut damascenam, aut aliquā ex serico, serē spadicei coloris, gestant, cum manicis longis & angustis: Turbatum item, seu pileum, magnum & crassum: cuius in medio supra, Moguisa, seu apex est tāquam arundinis. Equitant, et in urbe, & extra, mulas, aut cantherios. Pedibus ambulatium, incessus tardus & grauis est: barbam longam nutriūt: pauci sermonis, & quidem de religione, sunt. Addit Geufreus, eos habere quotannis septēna milia Ducatorum, ex Timar, seu erario: & ducentos, aut trecentos, famulos: & decem Scribas: quibus à Sultano stipendium persoluitur. Comites esse aulae Principis: & honoris causa ire ante Visirbassas: licet minoris, quā hi sint auctoritatis. Vocat eos, Cadizleskier talismans, Doctores Sacerdotes, aut legis. Nassangibassa (inquit idem Geufreus) numero unus est, tāquam Cancellarius: qui signat literas nota & sigillo magni Principis: quod officium, proximae Beglerbeijs est auctoritatis. Quotannis ex erario habet octo milia Ducatorum: aliunde uero, plus commodorum. Comitatus incedit magno equitum & peditum numero. Nissangibassa (inquit Gerlachius) Ist der oberst über des Keyfers sigill: praefectus est Caesaris sigillo.

Cadileskieri

Nassangi-
bassa.

Sechmenbassa (inquit Geufreus) uenationis & aucupatio praest (αρχιθήςαίης) indices L. Aspros accipiens: & sub se complures Ianizaros habens.

Sechmen-
bassa.

Εξελούθησεν ο βασιλεύς ο σελίμς) obiit Selimus Imp. 9. Decemb. (inquit Gerl.) forti apoplexia: qua strangulatus quasi, spiritum emisit. 15 ante mortem 5. filios suos iuniores sibi adducti uoluit. Quorum sortē cum ignorare non posset: & necem ipsorum, mox secutura, amarē defleuisset: iuxta se eos sepeliri petit. in creta (occulata eius morte, ne turbē orirentur) uocatur Amurates, natu maximus, ex Asia ciuitate Magnesia: qui nocte uicesimum secundum diem Decembris praecedente, paruo nauigio, cum tribus, aut quatuor hominibus, ueniens, solum paternum occupat. Paucis post horis, non tam de uoluntate huius Sultani (quem summa commiseratione ductum aiunt) quā ex lege Regni, strangulantur & ipsius frater cili: quorum natu maximus, octēnis erat. Custodiae, praecipuis locis ponuntur. Manē facto, publicatur mors Selimi: & praesentia Muratis filij. Sepelitur pater in celeberrimo templo S. Sophiae: & caesis D. ouibus, erogatur elemosyna pro salute defunctorū. Praeterianos milites, seu Ianischaros, et reliquos Ministros regios, uicibus centenis millibus Aureorum donatis, sibi conciliauit: quibus & stipendia auxit. Pacem, inter Imp. Maximilianum & Selimū, duobus mensibus antequam initam, ratam habuit, suo diplomate roborans. Paucis Satraparum depositis, reliquos retinuit: captiuos, libertate donauit. iustus, liberalis, continens, Religionis suae doctus, carmina fundens. Annos habet circiter XXX paruo corpore, non Augusto aspectu. Fertur, cum, ordinatis Aulae rebus, uili habitu, ignotum, praecipua urbis loca peruasisset de grauaminibus ciuiū, de administratione sui Vicarij (supremi Bassae) de moribus noxi Regis, deque alijs multis Imperij negotijs diligenter inquirētem. Die 5. Ianuar. manē postquam incredibili tormentorū sonitu signum letitiae datum esset, ipse extra urbē (per sinum Ceratinum uectus) in loco amoenissimo S. Iobis nomine ad terminos sinus maritimi sito) D. oues sacrificauit. Deinde, unamquāque Mosceam, seu templum, more Maiorum inuisit: unicuique D. Ducatos donans. Nec magna usus est inequitando pompa (licet cum aliquot Aulicorum millibus ingressus) propter Turcicum ieiunium, quod integrum Mensem Durat. Toto die nihil edit, nec bibit, usque ad uespertinam lampadum accensionem.

πδ.

Amurates III
πριμαρινα
εισθησα
1574

Mores eius
& facta.

Religio.

Επιτιμήθη τω βασιλεως σελιμου) Hic 15. triremes Sultano donauerat: postquam Turcica classis 1571. ad Echinadas insulas profligata esset. De Cātacuzenis, 5. Decēb. 1575. ad me scribēs D. Gerlachius, Cantacuzenorū, inquit, duae domus sunt. Vna, in oppido Pera, seu Galata: altera, Anchiali (nūc Achilō) ciuitate Ponti Euxini. Dnorum Palaeologorū fratrum, alter (Cōstantinus) potētia & odio Michaelis Cātacuzeni, supremi publicani, cōpulsus, ad Regē Tartarorū affuit, puto) abiit: alter, cū filijs, Galatae trans sinū degit. Et in eadē Epist. Est qdā Cātacuz. Galatae: qui pro Actis tertiae Synodi cōtra Nestoriū, C. C. Ducatos petit. In alia, 17. Maij, 1576. itē ad me scripta: princeps hodie Graecorū, inquit, est Michael Cātacuzenus, salinis Turcicis praefectus, nunc Anchiali uiuēs. Filio suo breui nuptias magnificētissimas celebrabit: qui duxit nobilē quandā antiquae Graecae Raliorū stirpis. Pater, filiae dat dotē XX. millium Ducatorum, ultra uestem, aliaque preciosa nuptialia. Patriarcha Hieronymias inuitatus, adesse nō potest: Abiit ad nuptias, Thesalonicensis Metropolitā Ioasaphus Argyropylos sumus Patriarchae et Michaelis amicus. Haec tunc. Postea (ut ex Gerlachio Tybingā reuerso audiui) tūc hic uoγαυος Cātacuzenus, cū sua Ralid, Adrianopoli ἀναρχαυω habitat. In alia, 7. Martij, 1578 ad me: Mich. Cātacuzenus, ere alieno q. imperatori debebat, ex parte liberali, nūc fauore supremi Bassae, μέγας μεγαλειότης Regis est acceptus quotannis L. X. millia Ducatorū ut ijs, praeter alia Regiae aulae necessaria, pelles è Moscouia pretiosissimas comparet: quib. Rex praecipuos Aulicos, et Beglerbegos, honorat. Et in alia; die S. Matthiae 1578.

πβ.
Cātacuzeni
Palaeologi.

De Mich.
Cantacuz.

scripta

68 In Histor. Politicam Constant.

scripta: Michaeli Cantacuzeno, exemplar Augustanae confessionis, cupienti uidere, datum est. Eam, cum ei in vulgarem etiam linguam translata esset, secum Anchialum, ubi aedes magnificentissimas habet, abstulit. Hæc, ex literis. De exitu uero huius Michaelis, hæc uerba D. Gerlachius, Barbaro Græco manuscripto Chronico (quod ipse mihi abstulit) incipienti ab exordio Mundi, et peruenienti ad Michaelē Botaniatam usq; inscripsit. Aprilis 21, anno Domini 1578. cum sub hasta Cōstantinopoli, ab Vluzali Capiraneo Maris, & Ali Aga supremo Regis Portario, uenirent libri Michaelis Cantacuzeni, Græcorū sui temporis opulentissimi, mandato Sultan Muratis. 3. in Anchialo Maris Euxini oppido, 3. Martij suspensi: emi hunc librum centum Aspris, in vsum clariss. viri, D. Martini Crusij, liugarum in Academia Tybingensi Professori celeberrimi: Domini ac Præceptoris mei, omni officiorū genere colendissimi. Stephanus Gerlach. Portarios intelligo 4. esse Ralatij (Sarai) magnæ dignitatis: & ex ijs Bassas creari. De hac autem nostra Historia, quã hæcenus Latine conuertimus: & Annotationibus hisce, pro tenuitate nostra illustrauimus: scripserat mihi idem Gerlach. 7. Mart. prædicti modo anni. Fragmentum historiarum de rebus Turcicis, Michael Cantacuz. seu Anchialum tulit. Quod ubi receperit D. Theodosius: tibi describendum curabit. Descripsit ipse mihi sua manu: sicut eius Græca in fine subscriptio testatur.

ἡγουμένου Χη-
 ράγγελου &
 δουτῆρος μί-
 ης, id est,
 quartæ for-
 mæ.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΟ ΚΕΝΤΡΟ ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ
 ΤΟΜΕΙΣ ΕΠΕΤΥΧΟΝ ΚΑΙ ΤΟΜΕΙΣ ΑΝΕΠΕΤΥΧΟΝ
 ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟ ΕΡΕΥΝΩΝ ΚΑΙ ΤΕΧΝΟΛΟΓΙΑΣ
 ΔΙΕΥΘΥΝΤΗΣ: ΑΝ. ΚΑΘΗΜΕΡΗ

τῷ Θεῷ δόξα.

THEO,